



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Practica Theologiae Mysticae

Gelen, Victor

Coloniae Agrippinae, 1652

Articulus Primus. Quid sit Transformatio modi ascendentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9766

SEXTVS STATUS MYSTICVS EST TRANSFORMATIONIS,

ET SECUNDO

MODI ASCENDENTIS.

DECISIO OCTAVA.

LICET inexpertis alta videantur, quæ modo de Transformatione affirmatiua diximus; præstantiora tamen esse quæ in Transformatione negatiua fiunt, ex sequentibus constabit. Et

- I. *Quid sit Transformatio modi Ascendentis.*
- II. *Quod Transformatio modi Ascendentis habeat ordinariè relapsum à spiritu diuino.*
- III. *Quod modus Transformationis Ascendentis, magis sit perfectus quam modus Descendentis.*
- IV. *Quod Vicissitudo Descendentis, & Ascendentis Transformationis in hac vita sit sufficiens ad maiorem radicationem in charitate.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid sit Transformatio modi Ascendentis.

AD ipsam naturam status Transformationis pertinet, quod sit v-
sus doni supernaturalis sapientiæ, quo
mysticus diuinæ *a* factus confors natu-
ræ, de claritate *b* in claritatem tanquam
à Domini spiritu perficitur, & in chari-
tate magis radicatur: verùm quod fre-
quenter carentiam fruitionis, & rela-
plum ex spiritu diuino, ad proprium
spiritum patiat; non tamen cū tædio-

sa inibi soleitate, licet absq; vitali bene-
affici; in sensibili ausem parte quodam-
modo dilacerari videatur, hoc ad mo-
dum Transformationis ascendentis fa-
cit, eumq; constituit, & sic describi
potest; Transformatio modi ascenden-
tis, est diuinus splendor in spiritu huma-
no, ex habituali dono sapientiæ ardens,
& lucens, ordinatè etiam lumen, & vi-
tale in Deo bene-affici subinde obtene-
brans; atque ab infimis, per medias,
ad supremas vsque mentis regiones,
moderato ordine procedens; prout hic
consequenter latius dicitur;

Quod

a 2. Petr. 1. b 2. Corinth. 3.